Zu der

am 14ten, 15ten und 16ten April 1859

stattfindenden

Prüfung der Schüler

des

Königlichen Friedrichs-Gymnasiums

ladet hierdurch

alle Beschützer, Gönner und Freunde des Schulwesens und dieser Anstalt

ehrerbietigst und ergebenst ein:

Dr. Friedrich Wimmer,
Director.

Vorangeht:

Lectiones Aristotelicae. Vom Director.

Breslau.
Druck von C. H. Storch und Comp.

Zu der

am 14ten, 15ten und 16ten April 1859

stattfindenden

Prüfung der Schüler

des

Königlichen Friedrichs-Gymnasiums

ladet hierdurch

alle Beschützer, Gönner und Freunde des Schulwesens und dieser Anstalt

ehrerbietigst und ergebenst ein:

Dr. Friedrich Wimmer,
Director.

Voran geht:

Lectiones Aristotelicae. Vom Director.

Breslau,
Druck von C. H. Storch und Comp.

Lectiones Aristotelicae.

Viginti et unus praeteriverunt anni, ex quo programmatis loco, quales in scholarum publicarum anniversariis examinibus edi solent, emisi libellum „Phytologiae Aristotelicae fragmenta“ inscriptum, quo summi viri placita de plantarum natura, uti e libris eius qui supersunt, colligi poterant, exponere conatus sum. Iam tum libri quinque, quos de generatione animalium scripsit Aristoteles, ut nimis neglecti a viris doctis ita nova recensione dignissimi esse visi sunt. Sed quominus ipse ad eam rem accederem et vetuit scientiae mediocritas et impediverunt studiorum ratio et officia graviora. Felici casu evenit ut vir et physiologiae, quam vocant, animalium peritissimus et sermonis graeci bene gnarus, socium se mihi horum studiorum accingeret [1]). Coniuncta igitur opera libris istis pertractatis operae pretium esse visum est, ut et contextus graecus, quantum fieri posset, purissimus de novo exhiberetur et interpretatione germanica viri docti ad eorum librorum reclusos quodammodo thesauros invitarentur. Atque ista horum librorum editio, cui quae et ad res et ad verba illustranda opus esse videantur, adiicere in animo est, propediem publici fiet iuris. Hoc loco particulas quasdam, quas isto loco fusius explicandi occasio et locus deest, et ad res illustrandas et ad scripturam emendandam pertinentes proponam.

Libri Manuscripti ab J. Bekker ad libros Aristotelis de generatione animalium comparati sunt P Vaticanus 1339, S Laurentianus 81. 1., Y Vaticanus 261, Z Oxoniensis Coll. Corp. Chr. W. A. 2. 7. Editionem principem Aldinam significavimus Ald., Basileensem anni 1539 Bas., Aldinam minorem anni 1553 Cam., versionem latinam Theodori Gazae (ed. oct. s. l. et a.), editionem Bekkeri Bk., editionem Didotii anni 1854 Did. Locos laudavi ad editionem Imm. Bekkeri in 4°. Berol. 1831.

Inter codices haud dubie praestant P et Z, quorum vestigia mihi accuratius premenda esse videntur, quam hucusque id factum est. Ceterum restant loci depravati, quibus a libris manuscriptis nulla affertur medela, quibus coniectura mea qualicunque opitulari periculum feci.

---

p. 745 A. l. 15. *διόπερ — τάξας.* Haec verba non caussam proxime praecedentium continent sed ad summam prioris orationis *περὶ μὲν — λοιπὸν δέ* pertinent. *ὁ λόγος* est haec ipsa de generatione disputatio, quae ad libros de partibus animalium ita adnectitur ut hac primo partes eae, de quibus in istis libris agere omisit, exponantur, dein oratio ad ipsius generationis explicationem progrediatur.

p. 745 A. l. 28. *ἐν ἐνίοις μὲν τούτων ἅπαν τὸ γένος ἔχει τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐναίμοις ἀλλὰ καὶ τῶν ἀναίμων ἔν τισιν.* Haec est lectio vulgaris. Ab initio

[1]) Dr. H. Aubert, physiologiam in Universitate literarum Viadrina docens.

πᾶσι τούτοις ἐστι dat Z, dein *ἐν* omittunt SZ, denique *ἐνίοις καὶ ἀναίμοις* PZ. Unde haec scriptura multo magis concinna et elegans efficitur *πᾶσι τούτοις ἐστὶ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν οὐ μόνον τοῖς ἐναίμοις ἀλλ' ἐνίοις καὶ ἀναίμοις*, quam reponendam esse censemus.

p. 745 B. l. 20. *καθ' ὁμοιότητα* etc. Haec sic accipienda sunt. Ostracoderma et cetera loco suo adnata animalia sexus differentiam non habent, ut neque plantae: sed si horum animalium alia mares alia feminae appellantur, ut in plantis quoque fit, ea denominatio a similitudine quadam ducta est; etenim exigua quaedam inter diversa individua differentia eiusmodi, qualis est inter mares et feminas, intercedere videtur, ut alterum alteri ad fructum perficiendum opitulari videatur. Haud dubium est Aristotelem h. l. a plantis quibusdam ut phoenice et ficu, quibus sexum non tribuit, sed differentiae sexualis parvam similitudinem et analogiam, comparationem transtulisse ad animalia inferiora. Conferendi loci in Phytol. Arist. Fragm. § 118—124 laudati.

p. 716 A. l. 26. Scribendum est *καὶ πρὸς τὸν συνδυασμὸν* cum SPZ; *πρὸς* editi omittunt.

p. 717 B. 7. *περὶ γὰρ τὰς ὀχείας πολὺ μείζους ἴσχουσι τοὺς ὄρχεις, καὶ ὅσα γε τῶν ὀρνίθων καθ' ὥραν μίαν ὀχεύει, ὅταν ὁ χρόνος οὗτος παρέλθῃ, οὕτω μικρὰς ἔχουσιν ὥστε σχεδὸν ἀδήλους εἶναι, περὶ δὲ τὴν ὀχείαν σφόδρα μεγάλους·* Sic exhibuit locum Bekker e cod. Z ut videtur. Aristotelem autem adeo prodigum fuisse verborum ut in eodem commate eadem verba bis poneret, persuadere mihi nequeo. Praestat vulgaris scriptura et elegantia et numero. Scribo igitur: *περὶ — ἔχουσι τοὺς ὄρχεις, ὅσα τῶν ὀρνέων καθ' ὥραν μίαν ὀχεύει· ὅταν δ' ὁ κ. τ. λ. ὀρνέων* dant PZ, quod assumsi; cetera ut hic scripta sunt in Ald. Gaza; *καὶ* ante *ὅσα* etiam in PY legi videtur; *ὅταν δ' ὁ* habent PSY et Philop. cont. et commentarius.

p. 717 B. l. 32. *ὅσα — ὀχείαν.* His verbis vitium inhaeret antiquitus conceptum; nam in libris neque manuscriptis neque impressis ulla scripturae discrepantia est. Caussae duae afferuntur, cur in iis animalibus, quibus testes desunt, eas deesse necesse sit: altera a verbis *διά τε τὸ μὴ* incipit, altera a *καὶ διὰ τό.* Atque posterior pars est integra. Verbis *διά τε τὸ μὴ εὖ ἀλλὰ τὸ ἀναγκαῖον μόνον* haec dici putaverit aliquis: Carent ea parte non propter finem aliquem, sed nonnisi ex necessitate; ut *διὰ τὸ εὖ* sit idem quod alioquin *διὰ τὸ βελτίον* dicitur. Sed haec graece dici debebant *οὐ διὰ τὸ εὖ ἀλλὰ* etc., neque vero haec dictio est Aristotelica. Iam succurrit Joannes Philoponus, sic interpretatus: *ὅσα δὲ μὴ ἔχει τοὺς ὄρχεις καθάπερ δέδεικται, διὰ τὸ εὖ, οὐδὲ ὅλως αὐτοὺς ἔχει· εἰ γὰρ εἶχεν, διὰ τὸ εὖ ἂν εἶχεν· ἐπεὶ δὲ οὐ διὰ τὸ εὖ παντελῶς ἀφῄρηται αὐτούς, καὶ ὄρχεις μὲν οὐκ ἔχει, μόνον δὲ τὸ ἀναγκαῖον, λέγων ἀναγκαῖον τοὺς φλεβώδεις πόρους.* At haec callida magis quam vera interpretatio. Etenim is vult vocem *ἔχειν* subintelligi post *μόνον* et Aristotelem haec dixisse putat: Quae animalia testibus carent, iis desunt quoniam eos non bene sed partem necessariam tantum habere possunt. Quod si A. dicere voluisset, sic fere scripsisset: *ὅσα δὲ μὴ ἔχει διὰ τὸ εὖ οὐδ' ὅλως ἔχει τοῦτο το μόριον ἀλλὰ τὸ ἀναγκαῖον μόνον*; neque erat quod ultima verba quae ad sententiam nihil conferunt, hic adderentur. Gazae versio „Quae autem carent eo membro, non quia melius sit carere ideo carent, sed tantum quia necessarium, ut dictum est, quoniam celeriter peragatur eorum coitus necesse est" non tam graeca exprimunt, quam sententiam referunt, qualem sibi finxit interpres. Neque versio Didotii „Quae autem carent testibus, tum ideo carent, quod non bene ea haberent, tum vero etiam necessitatis gratia, ut dictum est, uti et quoniam etc." contextus verba exprimit. Imo verba graeca, uti in libris tradita sunt, sensu carere videntur. Iam considerantes superius (l. 21)

rationem esse explicitam, cur animalia complura testibus careant, vocem ἀναγκαῖον in suspicionem trahere coepimus. Iam si nobis detur αἰδοῖον scriptum fuisse antiquitus et in eius locum ἀναγκαῖον venisse, coniectando locum sic restituere posse nobis videmur: διά τε τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι αἰδοῖον ἔχειν οὐκ ἔχει κ. τ. λ. Hic vero summam sententiae repeti ipsa verba καθάπερ εἴρηται ostendunt, quae quo referri possint, nisi ad locum indicatum, non video.

718 A. l. 7. ὑπὸ τῆς ὥρας. Scribendum esse coniicio ὑπὸ τὴν ὥραν, scil. τῆς ὀχείας. Non memini A. dicere piscium semen ab anni tempore concoqui. — Paullo mox pro ποιεῖν scribendum est πέττειν.

718 B. l. 11. νῦν δὲ — ἰχθυδίοις. Meyer Geschichte der Botanik I. p. 139 pro ᾠὸν legi vult οἷον, quia verba graeca sensu careant. Sed haec e loco parallelo Histor. Anim. III, 1. p. 510 B. l. 22 αἱ δὲ τῶν ἰχθύων (ὑστέραι)... λεπταὶ καὶ ὑμενώδεις καὶ μικραὶ ὥστε ἐν τοῖς σφόδρα μικροῖς τῶν ἰχθύων δοκεῖν ἑκατέραν ᾠὸν εἶναι ἕν., coll. VI, 13. p. 567 l. 23, satis illustrantur. Id tantum dubites, an hoc quoque loco δοκεῖν ἓν ᾠὸν olim scriptum fuerit.

718 B. 26. κάτω — οὗ τὸ ἔργον. Sic editi omnes. ὅπου δὲ τὸ πέρας καὶ τὸ ἔργον Z; dein αὐτῇ SY. Versio Gazae est mutila „infra est enim exitus eius officium.“ Versio Did. „ubi vero terminus ibi officium, atque ubi officium, illic ipsa invenitur.“ Primum autem non verum est, ubi terminus organi alicuius sit, ibi eius functionem esse; certe quae de selachiorum utero A. saepius exposuit, partem eam uteri, qua ova conformantur superius sitam esse, alteram qua vivi fetus perficiuntur, inferius, vetant quominus haec ab A. dicta esse credamus. Verbis τὸ ἔργον saltem addenda erant τὸ ἔσχατον aut τὸ κυριώτατον. Dein verba αὐτῇ οὗ τὸ ἔργον, quid sibi volunt? „Uterus est ibi ubi eius functio.“ Imo dici debebat: omne organum est ibi situm ubi eius functio est, ergo uterus quoque. Sed ne hoc quidem, quod per se intelligitur, ab A. dictum esse credas. Quare ad coniecturam confugiendum esse videtur, cui codices paullulum auxilio sunt. Scribendum esse videtur: ὅπου δὲ τὸ πέρας καὶ τὸ ἔργον ταύτῃ εἶναι πέφυκεν.

719 A. l. 2. ὅταν δὲ — ζωοτοκοῦσιν. Gaza „Cum autem ex ovo animal gignitur, eodem quo in avibus modo parte plurima generatur; descendunt ova in imum etc.,“ quam versionem repetit edit. Didotii. ἐν τοῖς ὀρνιθίοις καταβαίνει κάτω S Ald. Cam., ὀρνιθίοις etiam YZ et γὰρ post καταβαίνει om. P.; καὶ καταβαίνει Z. Praeterea ab initio ὅταν δὲ τὸ ζῷον SY et γιγνόμενον P. Scriptura a Bekkero exhibita hanc praestat sententiam: Quando vivum ex ovo fiat, pleraque eodem modo procedunt, quo in avibus: ova enim deorsum descendunt et prope ad pudenda fiunt viva, eadem ratione qua id in iis fit quae ab initio vivipara sunt. Offendimus primum in eo quod p l e r a q u e in selachiis eodem modo ut in avibus fieri dicatur, deinde u n a tantum res, qua similes sint, afferatur, quod ova descendunt. Deinde ad καταβαίνει subiectum τὰ ᾠὰ repetendum e verbis proximis ἐκ τοῦ ᾠοῦ, quod nescio an fieri possit. Codicum discrepantia sedem mali indicat. Quae habuerit Philoponus non satis constat; sed is quoque τὰ πλεῖστα legisse videtur, quae verba ut explicaret, rem alienam attulit: ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς τῶν ὀρνίθων ᾠοῖς τὸ μὲν λευκὸν πᾶν γίνεται τὸ ζῷον, τὸ δὲ ὠχρὸν (scribe ὠχρὸν) καταλιμπάνεται εἰς τροφὴν τοῦ ζώου, οὕτω καὶ ἐν τοῖς τῶν σελαχῶν ᾠοῖς. Scriptura codicum SY τὸ ζῷον suscipienda est: sic paullo ante οὕτως γὰρ γεννᾶται ἐκ τοῦ ᾠοῦ τὸ ζῷον fuit; est enim id animalculum quod ex eiusmodi ovo fit. Praeterea voces τὰ πλεῖστα damnanda esse videntur. Equidem ex coniectura locum sic restitui posse existimo: ὅταν δὲ τὸ ζῷον ἐκ τοῦ ᾠοῦ γίγνηται τὸν αὐτὸν τρόπον τελεοῦται

το γιγνόμενον ὅνπερ ἐν τοῖς ὄρνισιν· καταβαίνει κάτω κ. τ. λ. Haec hunc sensum habent: Quando ex ovo fiat animal, perfectio illius eodem modo fit ut in avibus: descendit in inferam partem uteri ibique apud ipsa genitalia in viva animalia mutata prodeunt pariter ut in iis quae ab initio sunt vivipara. Comparatio igitur cum avibus pertinet eo, quod ova et in selachiis et in avibus deorsum descendendo perficiuntur. Sic quoque intelligenda sunt, quae Hist. Anim. VI, 10 p. 564 B. l. 19 *τὰ μὲν γὰρ ᾠοτοκοῦντα (τῶν ἰχθύων) δικρόας ἔχει (τὰς ὑστέρας) καὶ κάτω τὰ δὲ σελάχη ὀρνιθωδεστέρας.*

719 A. l. 35. *οἱ δ' ὄρχεις — ὀσχέαν.* Sensus verborum liquet, sed verba paullum intricata. Uterus, inquit, cur omnibus intus sit, caussa est, quod tectus et ab iniuriis tutus sit necesse est: testes vero aliis intus aliis extus sunt siti. Quoniam vero his quoque velamento et praesidio opus est, ii qui sunt externe siti, scrotum habent; quibus vero propter cutis rigorem ex ea eiusmodi velamentum formari nequit, ea omnia testes intus sitos habent. Nunc brevissime ita haec elocutus est ut diceret: Testes alia intus alia extus sitos habent, quia his quoque tutela et velamento opus est. Durities dictionis paullum levatur si mecum codicum SZ scripturam *τοῖς μὲν ἐκτὸς τοῖς δ' ἐντός* suscipis; sic enim verba proxima *διὰ — πέψιν* ad postera verba *τοῖς δ' ἐντὸς* referenda sunt. Tamen nescio an potius sic scribendum sit *οἱ δ' ὄρχεις τοῖς μὲν ἐντὸς τοῖς δ' ἐκτός· διὰ δὲ τὸ δεῖσθαι* etc., ubi *δὲ* ex coniectura additum.

719 B. l. 7. Verba *μηδὲ μαλθακὴν καὶ δερματικὴν* ut e scholio profecta secludenda sunt, quo vocabulum *περιληπτικὴν* illustratum fuit.

719 B. l. 32. *τό τε περίττωμα* scribendum cum P; ceteri *τε* omittunt.

719 B. l. 34. *ὁ πόρος τῆς ξηρᾶς τροφῆς* Bekk. cum codd. omnibus. Aldina cum Cam. et Bas. *ὁ πόρος τοῦ τῆς ξ. τ.* Gaza: parte priore superioreque meatus is continetur. Joann. Philop.: *δεῖ δὲ τὴν λέξιν τὴν, οὗτος δὲ ἐπάνω καὶ ἐν τοῖς ἐμπροσθίοις ὑπάρχει ὁ πόρος τῆς ξηρᾶς τροφῆς, ὑπερβατῶς ἀναγινώσκειν, οὕτως· οὗτος δὲ ὁ τῆς ὑγρᾶς τροφῆς πόρος ἐπάνω ὑπάρχει τοῦ πόρου τῆς ξηρᾶς τροφῆς καὶ ἐν τοῖς ἐμπροσθίοις.* At hyperbato locus non explicatur. *Οὗτος*, ut recte fecit Philoponus, referendum ad eum meatum de quo modo dictum est, secretionis humidae. Potest vero etiam ad illum referri, quem ab initio nominavit, meatum secretionis siccae, si verba *ὁ πόρος ὁ τῆς ξ. τρ.* epexegetice addita esse statuas. Id autem res ipsa vetat; nam meatus excrementi sicci non in anteriore sed in postica corporis parte est situs. Propterea tenenda est scriptura Aldinae, quod fecit editor Did.

720 A. l. 3. *ὅ τε πόρος .. τροφῆς.* Gaza: „et meatus idem excrementarius alimenti sicci et intus est omnibus quae genitali carent: oviperis etiam iis quae habent vesicam et testudinibus," itaque in suo libro legisse videtur *ὅ τε πόρος ὁ αὐτός ἐστι καὶ ἐντὸς τοῖς μη* etc. Scripturae codicum nulla diversitas nisi quod pro *ὁ τῆς* Z dat *τῷ τῆς*. Scriptura vulgaris, quam tenuit Bekker, non est genuina: vitium sedet in voce *καὶ*. Hoc enim dici non poterat „meatum sicci excrementi et meatum quo partus foras it, qui idem est meatus urinarius, eundem esse in iis quoque quae genitali membro carent," sed dici debebat „in iis quae carent membro genitali," quum antea dictum esset in viviparis meatum sicci excrementi et meatum urinarium, qui et semini maris et partui femellarum emittendis simul inservit, seiunctos esse, eaque animalia habere genitalia. Neque vero, quod Gaza legisse videtur, verum est; etenim absonum est hic meatum illum dici intus esse. Emendandus igitur est locus, quod alterutra ratione potest fieri. Aut *καὶ* abiiciendum et

cum cod. Z τῷ recipiendum est hoc sensu: Atque meatus, quo ova exeunt foras in iis quae genitalibus carent, idem est atque meatus excrementi sicci. Idque fecit editor Did., qui vertit: „et meatus idem alimento sicco inservit apud ea quae pudendo carent." Aut cetera vulgaris scripturae servanda, ἐν autem mutandum in εἷς, quae mutatio est lenissima et eo commendatur, quod paullo mox διττοὶ οἱ πόροι sequitur. Sententia est haec: Atque meatus excrementi sicci idem est atque unus, ac ille quo partus foras exit, iis quae genitalibus carent, omnibus nempe oviparis, vel iis quae vesicam habent. Verba πᾶσι ᾠοτόκοις sunt epexegetice addita praemissis τοῖς — αἰδοῖον; sequentia vero καὶ τοῖς — κύστιν dubitationis solvendae caussa adiecta sunt, ne quis putet animalibus iis quae vesica praedita sint ideoque urinam emittant, meatum urinarium a cloaca seiunctum esse omnibus, caussaque haec adnectitur: quoniam duplex meatus, ubi adest, non urinae emittendae caussa adest, sed partus proferendi.

720 A. l. 24. ὁμοίως δ' ἔχουσι καὶ οἱ τῶν ἀρρένων πόροι καὶ τῶν ἐχόντων καὶ τῶν μὴ ἐχόντων ὄρχεις ταῖς τῶν ᾠοτόκων ὑστέραις Bekk. Mira est scripturae varietas. καὶ τῶν ἰδίων καὶ τῶν ἐχόντων ὄρχεις P Ald. et Gaza („tum eorum quorum proprii sunt, tum vero eorum quae testes habent") et omisso καὶ medio S Philop. cont. et comm.; καὶ τῶν ἰδίων καὶ τῶν μὴ ἐχ. ὄ. Y; καὶ οἱ τῶν ἐχόντων καὶ οἱ τῶν μὴ ἐχ. ὄ. Z; καὶ τῶν ἰδίων καὶ τῶν ἐχόντων ὄρχεις καὶ μὴ ἐχόντων ὄρχεις Cam. Denique pro ὁμοίως Jo. Philop. legit ἐναντίως; dicit enim τούτους δὲ ἀμφοτέρους καὶ τοὺς ἰδίους καὶ τοὺς ἔχοντας ὄρχεις λέγει ἐναντίως ἔχειν ταῖς ὑστέραις· τῶν γὰρ ὑστερῶν αἱ μὲν ἔμπροσθεν κεῖνται αἱ δὲ ὄπισθεν· οἱ δὲ πόροι πάντες καὶ οἱ ἴδιοι καὶ οἱ μὴ τοιοῦτοι ὄπισθεν. Sed haec Philoponi scriptura non est genuina, ut et vocula καὶ ante οἱ τ. ἀ. πόροι et omnis sermo ostendit: comparat enim A. situm meatuum seminiferorum et uteri inter se ita ut utramque partem hac ratione similem, a vacillatione tutam esse dicat, non autem opponit. Quod ad vocem ἰδίων attinet, hanc quanquam a plerisque scripturae testibus tutam, tamen damnaverim. Etenim meatus seminiferi ii, qui tanquam soli sunt i. e. testibus destituti — Philoponus: ἰδίους λέγει τοὺς χωρὶς ὀρχέων καὶ καθ' ἑαυτοὺς ὄντας· ὅτι δὲ ἰδίους τούτους εἶπε δῆλον πεποίηκε δια τῆς ἐπαχθείσης λέξεως τῆς, καὶ τῶν ἐχόντων ὄρχεις, ὡς τινῶν μὲν πόρων χωρὶς ὀρχέων ὄντων, τινῶν δὲ ἐχόντων ὄρχεις — nuspiam ab A. ἴδιοι appellati sunt, neque commode appellari potuisse videntur, neque si possent genitivo, sed nominativo (καὶ οἱ ἴδιοι καὶ οἱ ἔχοντες ὄρχεις) hoc quidem loco ponendi erant. Itaque scriptura codicis Z, quam correctam Bekker dedit, praeferenda esse videtur. Scriptura Camotianae e pluribus conflata esse videtur indicium autem verae habere.

720 B. l. 15. τὸ ᾠὸν. Scribendum τὰ ᾠα.

720 B. l. 20. Verba ἐν τοῖς περὶ τῶν μορίων λόγοις, ut e margine illata, cum codd. PZ eiicienda sunt.

720 B. l. 26. ἐστὶ γὰρ ᾗ τὸν θορὸν ἀφίησι δια τοῦ πόρου· ταῦτα δ' ἐστὶν ἐν τοῖς ὑπτίοις τοῦ σώματος. Haec verba neque sensum habent neque bene sonant. A libris nullum venit auxilium. Jo. Philop.: ὁ αὐτὸς (πόρος) καὶ εἷς πρὸς ἀμφότερα λειτουργεῖ πρός τε τὴν τοῦ θοροῦ ἄφεσιν καὶ πρὸς τὴν τῆς ξηρᾶς περιττώσεως ἔξοδον· τούτου γάρ ἐστι δηλωτικὸν τό· ἐστὶ γὰρ ᾗ τον θορον ἀφίησι διὰ τοῦ πόρου· ἐλλιπὴς δὲ ἐστι ἡ λέξις· εἴη δ' ἂν το πλῆρες καὶ τὸ εὐμαρὲς τῆς λέξεώς τοιοῦτον· διὰ τοῦ πόρου γὰρ δι οὗ ἀφίησι τον θορὸν, δια τούτου ἔξεισι καὶ περίττωμα· ταῦτα δὲ τα μόρια, ἤτοι οἱ πόροι δι ὧν ο θορος καὶ ἡ περίτ-

τοσις ἐξέρχεται κ. τ. λ. Scilicet, quae scripta invenit, quo modo poterat explicare studuit. Sed A. ab initio nihil dicit, nisi meatum eum, quo uterus foras aperitur, atque illum quo excrementum emittatur, esse eundem; verbis proximis situs eius meatus eo indicatur, quod ibidem maris semen emitti, aut si mavis immitti, per meatum dicatur. Deinde hic singulus meatus voce *ταῦτα* indicatur, quod Philiponus frustra addito *τὰ μόρια* defendere voluit: est enim una eademque pars. Mentio geniturae, *θοροῦ*, indicat hic de mare verba fieri, non de femina, de qua modo dixerat, illiusque mentionem hic factam quae sequuntur ostendunt, maris et feminae copulationem necessario hac parte fieri, quoniam mas, quidquid in coitu impertit, ei parti appropinquari debet, qua meatus uterinus est situs. Quamobrem locum ex emendatione sic scribendum esse existimamus: *καὶ τὸ ἄρρεν τὸν θορὸν ἀφίησι διὰ τοῦ πόρου τούτου· ἐστὶ δ᾽ ἐν τοῖς ὑπτίοις τ. σ.*

720 B. l. 30. *ἀφίησί τι ὃ* scribendum cum PZ. *ἀφίησιν ὃ* editi omnes.

721 A. p. 15. *περὶ τοῦ ἀναβαίνειν.* Structura insolens neque concinna. De ascensione nihil dictum, nisi velis id colligi e verbis praemissis *κάτωθεν ἄνω.* Philoponus autem fallitur quum dicit *καὶ τὸ ἀναβαίνειν μᾶλλον τὸ θῆλυ εἰς τὸ ἄρρεν.* Hist. Anim. 5, 8 p. 541 B. l. 34 *τὰ δ᾽ ἔντομα συνέρχεται μὲν ὄπισθεν, εἶτ᾽ ἐπιβαίνει τὸ ἔλαττον ἐπὶ τὸ μεῖζον, τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τὸ ἄρρεν· ἐναφίησι δὲ τὸν πόρον κάτωθεν τὸ θῆλυ εἰς τὸ ἄρρεν τὸ ἐπάνω, ἀλλ᾽ οὐ τὸ ἄρρεν εἰς τὸ θῆλυ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων.* Fortasse nostro loco scribendum *τὸ τὸ ἄρρεν ἀναβαίνειν.*

721 A. l. 17. *σχεδὸν , . κινήσει.* Ab initio *τοῦτο* referendum esse eo quod supra l. 11 dixerat mares feminis esse minores recte animadvertit Jo. Philoponus. Nescio autem an, quum alia res interposita sit, etiam pronomine *τοῦτο* indicata — *τεθεώρηται δὲ τοῦτο ἐπὶ πολλῶν*, eiusmodi dictio ab A. profecta sit. Levi mutatione verbis ordo et concinnitas restitui potest, si mecum scribas *σχεδὸν δὲ τοῦτο . . . καὶ ᾠοτόκων ὅτι τὰ θήλεα* etc. Paullo mox cum PZ *συμφέρειν* restituendum est.

721 B. l. 13. *ὡς ἀφ᾽ ἑκάστου τῶν μορίων ἀπιόντος τοῦ σπέρματος.* Haec verba et sententiam presse exprimunt et stilo Aristotelis satis digna. Tamen ea cum codd. PZ removenda esse censeo, quia eis carere possumus et scholii naturam docti, quo quis vocem *τεκμηρίοις* interpretari vellet, naturam prae se ferre videntur.

721 B. l. 21. *ὥσπερ* cum cod. P omittendum est.

722 A. l. 23. *εἰ μὲν γὰρ . . ἀνομοιομερῆ.* Est brachylogia, cuius haec est explicatio *εἰ μὲν γὰρ ἀπ᾽ ἐκείνων μόνον ἀπιέναι τὸ σπέρμα λέγουσι, σύμφωνον οὐκ ἐστί· ἐοίκασι γὰρ μᾶλλον κ. τ. λ.* Comma *εἰ-μόνον* per se pronuntiandum: Ponamus enim ab illis (similaribus partibus) modo exire: at magis his, dissimilaribus inquam partibus, liberi sunt parentibus similes. Dein ad *εἴπερ — ἀπελθεῖν* recte animadvertit Jo. Philop. *ἐξ ὑποθέσεως· ὑποκεῖται γὰρ μὴ ἀπέρχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀνομοιομερῶν*, uti mox ad *πάντων* adnotat: *ὑποκεῖται γὰρ ἀπὸ τῶν ὁμοιομερῶν μὴ ἀπέρχεσθαι.* — Loci paullo difficilioris ratio est haec. Partes corporis sunt tum similares tum dissimilares. Qui contendunt semen ab omnibus venire partibus, iis dicendum est, utrum a similaribus, an a dissimilaribus, an ab utrisque. Si dicant venire semen a similaribus, liberi vero parentibus magis sunt dissimilaribus partibus similes, harum vero similitudo non inde deduci potest, quod semen a partibus omnibus exeat — praemissum est enim ab his, dissimilaribus, non venire —, nihil obstat quominus similitudo partium similarium quoque non ea ex caussa,

quod semen a partibus omnibus veniat, sed ex alia quadam deducatur. Si autem dicunt a dissimilaribus venire, ipsi sibi contradicunt: tunc enim semen non ab omnibus veniret partibus, ut asseruerant, quoniam similares quoque partes sunt partes corporis: atque magis consentaneum est ab illis venire, quae priores sint et e quibus dissimilares componantur, ita ut similitudinem unguis et carnis consequatur similitudo manus et vultus. Tertium datur, ut dicant semen ab utrisque, dissimilaribus et similaribus, partibus venire. At ex hac thesi generatio omnino cogitari nequit. Quum enim dissimilares e similaribus partibus constent, si semen ab illis venire dicitur, protinus ab his quoque et ab earum compositione venire dicitur ac si ab his continuo ab elementis earum eorumque compositione. Nam a sola compositione semen venire nequit. Quanquam absque compositione partes non forent similes. Si vero est aliquid, quod hanc elementorum compositionem postmodo efficit, id potius similitudinis caussa fuerit, quam illa a veteribus physiologis supposita ratio, quod semen ab omnibus partibus veniat. Est vero illud, ut infra explicatur, ἡ ἐν τῷ τοῦ ἄρρενος σπέρματι ἐνοῦσα δύναμις κινητικὴ καὶ εἰδοποιοῦσα. — Post ὀνόματος lin. 31 cum PZ adiicienda sunt ἀπῄει τι. Z habet ἀπίῃ τι.

722 B. l. 30. ἔτι τὰ μέρη κ. τ. λ. Hanc vulgatam scripturam cum cod. Z exhibuit Bekker; ἐπεὶ δὲ τὰ μέρη PSY Philop. cont. et comm. et Gaza („item, cum aliae partes“). Recte; omnes enim partes huius disputationis, qua veterum physiologorum sententia refellitur, a particula ἔτι incipiunt. Ad locum difficiliorem explicandum opus est theoriae ab ipso A. propositae paucis commonefacere. Paullo mox dicit semen esse id quod in omnes partes abire sit destinatum aut corpus tali potestate praeditum ut ex eo ceterae corporis partes fieri formarique possint, cuius formationis modum ita definivit, ut semen maris, cui facultas formativa insit, cum materie a femina suppeditata congressum talem in eam vim exerceat, ut fetus partes existant. Hoc igitur loco hanc theoriam ita praeparat, ut neque partes corporis animalis quales ipsae sunt, in semen abire, neque seminis i. e. animalculi in eo contenti augmentum fieri posse demonstret. Sunt igitur verba explicata haec: Quoniam partes corporis dissimilares operationibus quibusdam, similares qualitatibus certis definitae sunt, non ergo sanguis neque caro quavis sub conditione erunt sanguis et caro, sed ea tantum qua in ipso corpore animali sunt, consequitur id quod a physiologis istis abire in semen dicitur, non homonymum esse illis a quibus abiit, h. e. id quod a sanguine et a carne illi in semen concedere dixerunt, non esse nomine sanguinis et carnis appellandum: semen non ipsum est sanguis et caro sed ab his diversum, quia sanguinem et carnem nonnisi appellamus partes certa qualitate praeditas in ipso animali corpore. Cum autem ex semine in fetu sanguis oriatur, caussa cur proles parenti sit similis, non in eo quaerenda, quod e parentis partibus omnibus quiddam in semen devehatur, sed ad consimilitudinem explicandam satis est, si semen ab una tantum parte, tali nempe, e qua ceterae fieri possint, veniat, quum praemissum sit sanguinem non e sanguine sed ex alio fieri. Neque quidquam impedit quominus omnes partes ex uno tantum oriri statuamus. — Quae modo explicuimus, brevissime ab A. proposita sunt; summa brevitas est in verbis οὐ πάντως οὖν ἔχον αἷμα οὐδὲ σάρξ, quae Gaza vertit „Non enim utcunque se habet, sanguis est aut caro.“ Philoponus: ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ αἷμα οὐ πάντως ἔχον αἷμα ἐστὶ οὐδὲ μὴν ἡ σάρξ σάρξ. Si igitur scriptura genuina est, quod non sine dubitatione dixerim, haec nihil aliud valent nisi id quod e mente illorum physiologorum e sanguine carneque in semen abit, non potest iisdem nominibus appellari. Damnat enim eorum sententiam, qui semine omnes corporis partes

continerì dicant, ut inferius dicit *τοῦ δὲ σπέρματος φάναι τι νεῦρον εἶναι καὶ ὀστοῦν λίαν ἐστὶν ὑπὲρ ἡμᾶς τὸ λεγόμενον*, nixam placito Anaxagorae omnia similaria non fieri sed primitus existere asserentis: damnat igitur theoriam involutionis, quam vocant, eique opponit suam, qua evolvi partes atque mutatione ex alia evadere materiem aliam statuitur.

723 A. l. 23. *πρὸς δὲ τούτοις κ. τ. λ.* Verba *ἐν τῇ κυήσει διαφέρει* vertit Gaza „differunt inter se uteri ratione;“ *ἐν* om. in Ald. Cam. Bas. Philop. cont.; praebent Codd. omnes et Philop. comm. Sententiam illustrat locus parallelus IV, 1 p. 765 A. l. 9 *πρὸς τὸν Εμπεδοκλέους λόγον ὃς διορίζει τὸ θῆλυ πρὸς τὸ ἄρρεν θερμότητι καὶ ψυχρότητι τῆς ὑστέρας*, itaque interpretor „si maris et feminae differentia constituitur in conceptione.“ Versus Empedoclis hoc uno loco laudatus est, non verba sed sententia repetuntur IV, 1 p. 764 A. l. 1. *οἱ δ' ἐν τῇ μήτρᾳ (φασὶν εἶναι ταύτην τὴν ἐναντίωσιν) καθάπερ Εμπεδοκλῆς· τὰ μὲν γὰρ εἰς θερμὴν ἐλθόντα τὴν ὑστέραν ἄρρενα γίνεσθαί φησι τὰ δ' εἰς ψυχρὰν θήλεα.* Ad nostrum locum Jo. Philop. haec adnotat: *ἀσαφῶς δὲ τέθεικε τὰ τοῦ Εμπεδοκλέους διὰ τὸ μὴ ὁλόκληρα ἀπαγγεῖλαι τὰ ἔπη ἀλλὰ μόνας αὐτῶν τὰς ἀρχὰς καὶ ταύτας οὐκ ἀπὸ τῶν ἐφεξῆς ἀλλήλοις ὄντων στίχων ἀλλὰ πόρρω ἀπ' ἀλλήλων ὄντων· καὶ τὸ μὲν δηλούμενον διὰ τοῦ, ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι, τοιοῦτον ἂν εἴη· το δὲ ἄρρεν χέεται, ἤτοι συνίσταται, ὑπὸ καθαρωτέρων καὶ θερμοτέρων αἱμάτων· τὰ δὲ τῶν αἱμάτων τελέθουσι καὶ γίνονται γυναῖκες ψυχθέντα.* Quodsi Joannes integros Empedoclis versus novit, mirum sane, quod is, alioquin verborum haud parcus, eos non attulerit hoc loco ubi scire maxime intererat quae ab illo dicta fuissent. Neque vero hic versuum initia tantum habemus, sed hexametrum unum et dimidium metro integro et continuo. Quidquid autem de Philoponi verbis sentis, verba priora hic laudata per se non intelligi posse appareť et posteriora tantum sententiam eam, quae ab A. proposita est, illustrare: scilicet *τα μὲν* sunt *τὰ σπέρματα*; dixisse igitur Empedocles videtur „ex eo semine fieri femellam, quod in uterum frigidiorem venerit,“ quod cum l. l. libri quarti optime convenit. Iam Philoponi auctoritate quodammodo ductus hunc versum et hemistichium cum eo quem apud A. supra 764 B. l. 17 laudatum invenimus iungendos ratus et suo Marte emendatos Sturz Empedocl. II. p. 524 ita scripsit

ἀλλα διέσπασται μελέων φύσις, ἡ μὲν τ' ἀνδρὸς
ἐγκέχυται θερμοῖσι· τὰ δ' ἐκτελέθουσι γυναῖκες.
ψύχεος ἀντιάσαντα.

Quae ratio pluribus de caussis reprobanda est. Primum quod scripturae *θερμοῖσι* et *ἐκτελέθουσι* fundamento critico carent, ut vocem *ἐγκέχυται* taceam; dein quod versus coniuncti sunt, qui coniuncti fuisse nequeunt, quoniam de diversis rebus mentionem faciunt. Nam altero fetum membrorum suorum unam partem a patre alteram a matre accipere dicitur, altero animal existere masculum quum semen in uterum calidum, femellum ubi in frigidum intraverit. Cuius erroris fons ducenda est e scriptura vulgari loci superioris, ubi editi omnes *ἡ μὲν ἐν ἀνδρὸς ἡ δ' ἐν γυναικὸς* habent, codices vero ultima quatuor verba omittunt. Galenus de Sem. 2. p. 241, 47 ed. Bas., quem laudat Sturz haec habet: *ὁ μὲν οὖν Εμπεδοκλῆς διεσπᾶσθαι φησὶ τὰ τοῦ γεννηθησομένου μόρια, καὶ τα μὲν ἐν τῷ τοῦ ἄρρενος σπέρματι τὰ δ' ἐν τῷ τῆς θηλείας περιέχεσθαι καὶ αὐτῆς γε τῆς ἀφροδισίου συμπλοκῆς ἐντεῦθεν γίνεσθαι τοῖς ζώοις τὴν ἐπιθυμίαν ὀρεγομένων ἀλλήλοις ἑνωθῆναι τῶν διεσπασμένων μορίων.*

723 B. l. 32. *σχεδὸν γὰρ ὅμοιός τις υἱός* Ald. Bekk. *τις* om. PZ. et *γὰρ ὁ ὅμοιος* P, quam scripturam probamus. — Paullo mox *ἐὰν* — *συμβαίνῃ* cum PZ scribendum.

724 A. l. 19. *οὐ τῷ ἐξ ἐκείνου τι εἶναι τὸ ποιοῦν, οἷον τοῦ ἀνθρώπου· γίγνεται γὰρ ἐκ τούτου· ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ σπέρμα* Bekk. e codd. Unus P pro *τοῦτο* habet *τουτί*. Hic locus si quis alius depravatus, quanquam quod sciam nemo interpretandi aut emendandi periculum fecit. Interpretatio novissima editionis Didotianae „non ita ut exstet aliqua res quae ex eo aliquid faciat: exemplo sit hominis semen: fit enim ex hoc, quia id semen est“ vereor ut loco difficili satis lucis attulerit. Maxime offendimus, quod ad explicanda verba *ἐξ οὗ τὰ κατὰ φύσιν γιγνόμενα συνίσταται πρῶτον*, comma negativum adiungitur, oppositum vero positivum nullum subsequitur. Quod iam pridem video sensisse, quisquis fuit, auctorem scripturae in Camotiana propositae. Philoponi interpretatio est haec: *βούλεται οὖν τὸ σπέρμα τοιοῦτον εἶναι ἐξ οὗ πρώτου τὰ κατὰ φύσιν συνιστάμενα γίνεται, οὐ τῷ ἐξ ἐκείνου τὶ εἶναι τὸ ποιοῦν οἷον τοῦ ἀνθρώπου, τουτέστι οὐκ ἐν τῷ εἶναί τι τὸ ποιοῦν ἤτοι τὸ σπέρμα ἐκ τῶν μερῶν ἐκείνου τοῦ γινομένου. τὸ γὰρ σπέρμα φέρε εἰπεῖν ἐξ οὗ πρώτου γέγονεν ὁ Σοκράτης, οὐκ ἔστι τὶ τῶν τοῦ Σωκράτους μερῶν, οὔτε γὰρ χεὶρ Σωκράτους ἐστὶ, οὔτε ὀφθαλμὸς, οὔτ᾽ ἄλλο οὐδὲν τῶν αὐτοῦ μερῶν. καὶ σκόπει ὅπως πάνυ ἀκριβῶς, εἰπὼν μηδέν τι εἶναι τῶν τοῦ γινομένου μερῶν τὸ σπέρμα, ἠνίξατο μὴ εἶναι ὑλικὸν αἴτιον, ἡ γὰρ ὕλη μέρος ἐστὶ παντὸς τοῦ γινομένου ἐξ αὐτῆς. τὸ δὲ οἷον, τοῦ ἀνθρώπου, πρόςκειται, ὡς ἔλεγεν, ἔστι οὖν τὸ σπέρμα, οἷον φέρε εἰπεῖν τὸ τοῦ ἀνθρώπου, ἐξ οὗ πρώτου γίνεται ὁ ἄνθρωπος, μὴ ὂν τὶ τῶν τοῦ ἀνθρώπου μερῶν. ποιοῦν δὲ τὸ σπέρμα εἴρηται, διότι γίνεται ἐκ τοῦ σπέρματος ὁ ἄνθρωπος, οὐχ ὥςπερ λέγομεν ἐκ τῶν μερῶν γίνεσθαι τὸ ὅλον, ἀλλ᾽ ὅτι τοῦτο ἐστὶ τὸ σπέρμα, τουτέστι, ἀλλ᾽ ὅτι τὸ ποιοῦν τὸν ἄνθρωπον τοῦτο ἐστὶ τὸ σπέρμα ἤτοι ἡ ἐν τῷ σπέρματι ἐνοῦσα δύναμις.* Gaza interpretatur: „Tale autem sua natura semen esse requirit: ut ex eo primo oriantur ea: quae secundum naturam constituuntur: non quod ex illo (verbi gratia) homine aliquid sit: quod agat: fit enim aliquid ex hoc: quia semen eius est.“ Impressorum scripturae sunt hae *οὐ τῷ ἐξ ἐκείνου τινὸς οἷον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ὅτι τούτου τί ἐστι τὸ σπέρμα* Ald. *οὐ τῷ ἐξ ἐκείνου τι εἶναι τὸ ποιοῦν, οἷον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ᾽ ὅτι τοῦτο ἐστὶ τὸ σπέρμα* Bas. *οὐ τῷ ἐξ ἐκείνου τινὸς τὶ εἶναι τὸ ποιοῦν, οἷον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου· γίγνεται γὰρ ἐκ τούτου ἀλλ᾽ ὅτι τούτου τί ἐστι τὸ σπέρμα* Cam. et, verbis *τι εἶναι τὸ ποιοῦν* omissis, Philop. cont. Scriptura Camotianae videtur mihi a viro docto profecta esse, interpretatione Philoponi duce locum restituere periclitante. Contineo me scripturas et interpretationes attulisse: ab emendatione loci desperati abstineo.

724 B. l. 18. *ἢ ζῴου.* Hanc scripturam, quae sensu caret, correxeram iam in Fragm. Phytolog. Arist. p. 62; scribendum enim *ἢ ᾠόν*, quod receptum invenio in edit. Didot, ubi editor in versione adnotavit „sic utraque versio antiqua; codd. gr. animal“. Verba *ᾠόν* et *ζῷον* in libris manuscriptis saepissime commutantur.

725 A. l. 9. Post *νόσον* addit Z *ἢ ἕξιν*, quae verba recipienda esse videntur.

725 A. l. 19. *ὅτι μικρῷ — μέγεθος.* Ita Bekk. cum Ald. et S, nisi quod Ald. *ὑπερβάλῃ* habet. Quominus haec verba pro genuinis habeamus obstat vox *πᾶν*, quae sensu caret. Codd. PZ habent *ὡς μικρῷ — τῷ καθ᾽ ἡμ.* et PY *ὑπερέβαλλε*. Levi igitur mutatione sic restituendum esse censeo: *ὡς μικρῷ αὐξάνεται τὰ ζῷα καὶ τὰ φυτὰ τῷ καθ᾽ ἡμέραν· παμμικροῦ γὰρ ἂν προςτιθεμένου τοῦ αὐτοῦ ὑπερέβαλλε τὸ μέγεθος.*

725 A. l. 22. *ἄκαν ἰέναι πεφυκὸς* Bekk. cum Z. Sic quoque Galen de semine I. p. 233 l. 18 ed. Basil. *ἄκαν πεφυκὸς* Ald. *ἄκαν τι εἶναι π.* PSY. *ἄκαν εἶναι. π* Philop. comm.

725 B. l. 3. *τῆς σπερματικῆς.* Quum ad haec verba *τῆς τροφῆς* e superioribus intelligi necesse sit, nuspiam vero A. *τροφὴ σπερματικὴ* dixerit, neque hoc cum theoria satis conveniat, mendum subesse videtur. Recipienda ergo scriptura codicum PSZ qui *τοῖς σπερματικοῖς* praebent, quod cum verbis *ἀποδέδοται — τοῖς περιττώμασιν* construendum est. Casum autem variavit, quo hae secretiones a modis nutrimenti enumeratis protinus distinctae essent.

725 B. l. 22. *αὔξησιν· φθάνει γὰρ ἀναλισκόμενον.* Ald. Bekk. Recipienda scriptura PZ *αὔξησιν φθάνει ἀναλισκόμενον.*

726 A. l. 8. *καὶ ἕτεραι.* Haec verba neque cum superioribus neque cum iis quae sequuntur concinunt. Etenim caussas cur plantarum animaliumque nonnulla seminis parvam copiam aut nihil habeant, alias etiam esse praeter eas, quae hic allatae sunt, h. l. dicere nihil attinebat; neque particulae *μὲν οὖν* illi sententiae aptae fuissent, sed *δέ.* Quae autem sequuntur ostendunt de ipsis illis modo allatis caussis, quae sunt duae, eaeque contrariae, hic quoque verba fieri. Vix igitur dubium quin *τἀναντία* scribendum sit.

726 A. l. 22. *νοσώδης.* Equidem e codd. Z *νοσῶδες* recipiendum esse censeo.

726 B. l. 21. *ἢ ἔχει.* Mihi *ἢ ἔχον* scribendum esse, idque concinnitas orationis postulare videtur.

727 A. l. 15. *ἀναλισκομένης* SY Ald. Bekk. Scribo *μεθισταμένης* e codd. PZ.

728 A. l. 17. *γυνὴ καὶ παῖς.* Quum verbum singulari positum sit haec scriptura stare non poterit; auxilium affert Z, quocum *γυναικὶ παῖς* scribo.

728 A. l. 28. *διηττημένη.* Scribo *διηττημένη* cum Z et Philopono, quod verbum prolepsi constructum est cum substantivo *τροφή.* Equidem non invenio quae sit *γένεσις διηττημένη.* Vocem *διαττᾶν* praeter Galenum et Lexicographos dat codex Urbinas Theophrasti.

728 B. 2. *τοῦ δὲ μήτε τούτοις γίγνεσθαι κάθαρσιν μήτε τῶν αἷμα ἐχόντων τοῖς εἰρημένοις, τοῖς κάτω ἔχουσι καὶ μὴ φοτοκοῦσιν, αἰτία ἡ ξηρότης* Bekk. cum PSY. Haud mihi persuadeo, A. post paucas lineas repetiisse eadem verba, sed multo magis est verisimile verba *τοῖς-φοτοκοῦσιν* ad marginem apposita fuisse ad explicandam vocem *τοῖς εἰρημένοις.* Quamobrem equidem ista sex verba cum Z Cam. et Gaza, qui „causa autem ne aut his aut supra dictis sanguineis fiat purgatio, siccitas corporis est" interpretatur, expellenda esse censeo. Ceterum impressi mire variant. *τοῦ μήτε τῶν αἷμα ἐχόντων τοῖς εἰρημένοις τοῖς κάτω ἔχουσι καὶ μὴ φοτοκοῦσιν, αἰτία ἡ ξ.* Ald. et Philop. com. *τοῦ δὲ μήτε τούτοις, μήτε τῶν αἷμα ἐχόντων τοῖς εἰρημένοις αἰτία ἡ ξηρότης τοῖς κάτω ἔχουσιν καὶ μὴ φοτοκοῦσιν αἰτία ἡ ξηρ.* Bas.

728 B. l. 34. *μῖγμα θήλεος καὶ* Bekk. cum cod. Z. Scribendum *μῖγμα ἐκ θήλεος καὶ* cum PSY. *μῖγμα καὶ θήλεος καὶ* Ald. Cam. Bas. Supra 724 B. l. 16 erat *τὸ γιγνόμενον ἐκ θήλεος καὶ ἄρρενος πρῶτον μῖγμα* — Paullo mox *ἐξ ἑνὸς πυροῦ* scribimus ex cod. Z; ceteri *ἐξ* omittunt.

729 B. l. 26. *τούτοις* scribo cum Z.; *τοῦτο* ceteri. Articulum *ἡ* addunt PZ Bekk., om. SY Ald.

729 B. l. 27. *αὐτῷ ὑγρότης καὶ* PSY Ald. Bekk. Z dat *αὐτῷ θερμότης καὶ* quod restituere et res ipsa iubet et auctor est Galen. de Sem. I. p. 227, 40 ed. Bas. *διόπερ φησὶν οὐδ'*

ἀποκρίνειν ἔνια τῶν ζῴων γονὴν ἀλλὰ μεταδιδόναι μόνον τῷ θήλει θερμότητος ψυχικῆς καὶ εἶναι τοιαῦτα τῶν ἐντόμων ἔνια, καθιέντος μὲν εἰς τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος τὸ ἄρθρον ἐπὶ πλεῖστα δὲ χρόνον ὁμιλοῦντος αὐτῷ καὶ λαμβάνοντος ἐν τῇ σωματικῇ σῶμα μὲν οὐδὲν μόνην δὲ τὴν δύναμιν τὴν μορφοῦσαν καὶ εἰδοποιοῦσαν τὴν μορφήν. — Paullo mox alterum *ἀπεργάζεται,* quod om. Ald. Bas. Philop. cont., adiiciendum cum codd. Cam. et Bekk.

729 B. l. 35. *εἶναι.* Haec vox a dictione A. aliena est, quamobrem haud dubito *ἰέναι* scribere, quoniam in vocibus adeo similibus codicum auctoritas minimi est.

730 B. l. 3. *τὴν δ' ἐπιγίνεσθαι δεῖ* Bekk. e cod. P. *τὴν δ' ἐγγίνεσθαι ἀεὶ* SY corr. Z Ald. Equidem utraque scriptura coniuncta *τὴν δ' ἐπιγίνεσθαι ἀεὶ* scribendum esse censeo. Nam verbo *δεῖ* post *ἀναγκαῖον* facile carebimus; *ἀεὶ* autem indicat affluxum nutrientis materiae tamdiu opus esse quam fetus in matre incrementum capiat.

731 A. l. 5. *μακρὰ* quod reposuit Bekk. e cod. Z est apud Theophrast. Caus. 1, 8, 1. *μικρὰ* PSY. Ald.

731 A. l. 7. *καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος καὶ ἐκ μέρους.* Sic Bekk. codices diversos secutus. Etenim *τοῦ σπέρματος καὶ ἐκ μέρους* PSY, *καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος καὶ μέρους* Z dant. Ex impressis sola Camotiana locum exhibet plenum . . *ζῶον· τὸ δὲ λοιπὸν τροφὴ τοῦ σπέρματος καὶ ἐκ μέρους γίγνεται τὸ φυόμενον. τὸ δὲ λοιπὸν τροφὴ γίγνεται τῷ βλαστῷ* etc. Ald et Bas.: *ζῶον· τὸ δὲ λοιπὸν, τροφὴ γίγνεται τῷ βλαστῷ,* ceteris propter repetita verba *τὸ δὲ λοιπὸν τροφὴ* omissis. Gaza ed. fol.: et animal ex parte consistit quod oritur: reliquum alimentum est animalis seminis et aliqua ex parte consistit quod oritur. Reliquum alimentum germini radicique prime est etc. Gaza ed. oct.: et animal ex parte eius creatur, reliquum alimentum est: animalis seminis etiam aliqua ex parte consistit: quod oritur, Reliquum alimentum germini radicique primae est. Bekkeri scripturam stare non posse patet, quanquam ab editore Didotianae susceptam, qui tamen „e semine itidem nonnisi ex parte consistit planta, reliquum q. sq." interpretatur. In Phytol. Arist. Fragm. scribendum esse putavi *καὶ τοῦ σπέρματος ἐκ μὲν μέρους:* nunc levior paullo videtur haec emendatio *καὶ τοῦ σπέρματος ἐκ μέρους γιν.*

733 A. l. 1. *ὥσπερ δὲ — πέφυκεν.* Haec verba, quae testes scripturae omnes agnoscunt, disputationis ordinem interrumpunt, ac si ab Aristotele scripta sunt, loco suo mota esse videntur.

733 A. l. 15. *εἰς αὐτὸ* Scribendum cum P *εἰς αὐτά.*

733 B. l. 1. *τελειότερα καὶ θερμότερα* Bekk. *τελειότερα καὶ θ.* Ald. Mihi cum P *τελειότατα καὶ θερμότατα* scribendum esse videtur.

733 B. l. 21. *ζῳοτοκεῖ.* Cod. Z. dat *ζωοτοκεῖται,* quod recipiendum. Etenim *ὅσα* non ad *ζῴοις* referendum sed ad *τὰ μὲν,* eademque est huius ratio loci, quae eius qui l. 27 sequitur *ὅσα μὴ ζῳοτοκεῖται ἀλλὰ σκωληκοτοκεῖται ἢ ᾠοτοκεῖται.*

733 B. l. 24. *τὸ φυτὸν* cum ceteris Bekk. „aut planta aut animal" Gaza. „aut planta aut animal unumquodque." Did. Sic si voluisset A scripsisset *τὰ φυτὰ.* Recipienda igitur scriptura codicis Z *τῶν φυτῶν.*

734 B. l. 12. *τὸ ἐχόμενον γίγνεται.* Haec verba bis explicat Philop. in hunc modum *αὕτη ἡ κινητικὴ δύναμις κινεῖ τὸ καταμήνιον ἢ τὸ ἀνάλογον καὶ οὕτω γίνεται τὸ ζῶον* et mox *ὥσπερ δὴ ἐν τοῖς αὐτομάτοις καὶ μὴ ἁψαμένου τοῦ θαυματοποιοῦ τοῦ εἰδώλου, ὅμως ἁψαμένου τινὸς ἄλλου ξυλαρίου εἶτα ὑποχωρήσαντος κινεῖται τὸ εἴδωλον, οὕτως καὶ ὁ πατὴρ μὴ*

2*

ἐφάμενος τοῦ καρχησίου, ἀψάμενος δὲ τινὸς, ποιεῖ τὸ ζῷον." At haec est interpretatio Philoponi, non sententia Aristotelis. Comparatio cum machinis sponte sua se moventibus, et verba praemissa ἐνδέχεται δὲ τόδε μὲν τόδε κινῆσαι ostendunt γίγνεται non esse ab A scriptum. Etenim γίγνεται ἐνεργείᾳ minime est, quod Philoponus voluit, „animal gignitur." Emendatio est in promtu: scribendum κινεῖται; fit is motus actu, quem organa quiescentia facultate habere dictum est. Attingit hunc locum Galen. de Sem. I. 229, 43 ed. Bas.

734 B. l. 13. ὥςπερ οὖν ἐν Bekk. cum Ald. οὖν om. Z, ὥςπερ καθάπερ ἐν S, ὥστε καθάπερ ἐν P, quae mihi vera esse scriptura videtur. Ut nunc scriptum habemus hunc locum oratio est fracta. Scriptura codicis P emendationis viam monstrat: a voce ὁμοίως enim apodosis initium capit, quod particula δὲ expulsa facillime fiet. Sed equidem non expulerim sed δὲ καὶ in καὶ mutaverim, quo facto totum comma et ordine procedit et sententiam rotundam praestat.

734 B. l. 18. ἐνυπάρχει. Vulgo. οὐδὲν ὑπάρχον P, unde οὐδ' ἐνυπάρχον efficitur, quae mutatio etiam sine codicibus fieri deberet; indicativus enim non habet quomodo construatur. Particula ὡς ante ἐνυπάρχον omissa est quia alteri subiecto participio τετελεσμένον addita est.

734 B. l. 32. ἄλλα πάθη. Scripturam codicis P ἄλλα τοιαῦτα πάθη accipiendam esse censeo.

734 B. l. 35. δυνάμει ἢ ἐξ οὗ γίνεται. Sic Bekk. cum Ald. et codd. SZ. Nescio an carere possimus voce ὕλη, quae subaudienda est nec tamen subaudiri potest, quoniam in omni hac disputatione, quae a linea 19 incipit, obviam non fit. Obsequendum igitur codici P, qui ἢ omittit. Y dat τό.

735 B. l. 6. εἰ δ' ἐκ γῆς. Vulgo. P dat εἰ δὲ γῆς, quae scriptura multo praestat.

736 A. l. 8. ὄγκον τοῦ. Articulus omittendus est cum PZ.

736 A. l. 14. Laudat Galenus de Sem. I. 229, 31 ed. Bas. σὺ γὰρ εἶς ὁ καλῶς εἰκάσας ἀφρῷ τὸ σπέρμα, πολλὰς πομφόλυγας ὑπὸ σμικρότητος ἀοράτους εἰς ἓν συνελθούσας ἐργάσασθαι φάσκων αὐτό· διὸ καὶ τὸν μῦθον οὐκ ἐμέμψω τὴν ἀφροδίτην ἐξ ἀφροῦ γεγενῆσθαι λέγοντα.

736 A. l. 24. τούτου — ἐν αὐτῷ. Hunc locum repetit integrum Galen. I. l. 227, 27 cum quadam varietate τούτων δὲ ἐχόμενόν ἐστι καὶ ἀπορ· κ. ἐ. εἰ τῆς προϊεμένης εἰς τ. θ. γονῆς — ποῦ τρέπηται· τούτων recte habere videtur.

736 B. l. 29. αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. Imo dicendum erat functionibus animi nihil commune esse cum corporis functionibus, quod praebet P. αὐτοῦ ἡ ἐνέργεια κοινωνεῖ σωματικῇ ἐνεργείᾳ.

737 A. l. 7. τὸ δὲ τῆς — ὄγκων. Repetiit Galen. I. l. 227, 29 ubi τοῦτο omissum, dein συνιστῶντα scriptum, et in fine γὰρ omissum. Sed menda duo huic loco inhaerent. Primum nemo nobis persuadebit A scripsisse τὸ σπέρμα τὸ τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς quamquam his verbis a Galeno pondus accedit; succurrit autem nobis cod. P qui vocem notatam σπέρμα omittit. Sufficit autem et optime habet dictio τὸ τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς. Dein vero in verbis τοῦτο τὸ σπέρμα τῆς γονῆς vox σπέρμα iterum notanda; eius loco de coniectura ponendum est σῶμα, quod demonstrari non opus est.

737 A. l. 34. τοῖς δ' ὑγροῖς — ἐλλείψει. Hanc clausulam capitis tertii non esse huius loci, quisque etiam non monitus videt. Cum verbis enim extremis ὅταν δὲ — κύημα γίνεται

ipsum capitis quarti initium optime cohaeret, verba praescripta autem ad hanc disputationem omnino non pertinent. Videntur autem ad ea pertinere quae capite sexto explicantur, et si ibi inserenda essent, p. 743 A. l. 17. post ζῴων adiungere suaderem. Sed ut praefiscine dicam haec ne pro Aristotelicis quidem habeo, sed ut locos quosdam eo capite expositos brevius adumbrant commentatoris cuiusdam verba esse iudicaverim.

737 B. l. 33. ταύτην τὴν περίττωσιν τὴν τῆς ὑγρᾶς. Hanc scripturam aperte vitiosam, quoniam excrementum humidi siccive nutrimenti non poterat αὐτὴ ἡ περίττωσις vocari, postquam de secretione seminis sermo fuit, olim sic emendare conatus sum ut ab initio ταύτῃ scriberem. Succurrit nunc scriptura codicis P ἢ ταύτην τὴν περ. ἢ τὴν τῆς ὑγρᾶς, qua difficultas ista sublata est. Etiamnum tamen locus valde dubius manet neque liber a suspicione erit, donec mihi ostendat aliquis, quo modo Genitivi βιαζομένων et βιασαμένων commode construi possint.

738 B. l. 13, οὕτω τὰ τοιαῦτα ἐν τῇ κ. τ. λ. Res illustratur comparatis locis libri primi p. 729 B. 25. 730 B. 24. Praepositio autem hoc loco tollenda est.

739 B. l. 5. καὶ γὰρ τὰ πρόσθεν ὑγρὰ προστεθέντα. Bekk. cum Ald. et duobus codd. Veri indicium monstrat Y, qui πρόσθεν τὰ habet, veram scripturam dat P qui πρόσθετα habet, idemque Philoponum habuisse, quanquam verba non repetiit, testatur eius interpretatio: καὶ γὰρ τότε ὅτε καθαίρονται αἱ γυναῖκες βρέχουσαι ἔρια ἢ ἄλλα τὰ ἐμβιβάζουσιν ἐν τοῖς αἰδοίοις ἑαυτῶν, ὕστερον ἐξάγουσιν αὐτὰ πάμπαν ξηρά, cuius cetera verba turbata habentur. Eamque scripturam recepit Did. Praeterea etiam scripturam codicis P ἀφαιροῦνται vulgatae ἀφαιρεῖται praefero.

739 B. l. 25. τοῦτο. Scribendum est ταὐτὸ cum P.

740 A. l. 9. ἔξωθεν ποτ'. Plenius exhibet P. ἔξωθεν ποθέν ποτ'.

740 B. l. 36. ὥστε καὶ ἡ ποιοῦσα δύναμις ταὐτὸ τῷ ἐξ ἀρχῆς· μείζων δὲ αὕτη ἐστίν. Nexus sententiae hic est. Sicut in artis operibus opera fiunt per instrumenta, vel potius instrumentorum motu, isque motus est ipsa artis actio, quae ars habet ideam s. formam eius rei quae ex alia re, materie scilicet, fieri debet: sic animae vegetativae s. nutritivae facultas, quae postmodo in animalibus et plantis efficit ut nutriantur, calore et frigore tanquam instrumentis usa, ab initio format nascens individuum; materies enim qua id augetur et e qua principio formatur est eadem, consequitur ergo facultatem quoque, quae agit i. e. corpus enutrit, eandem esse atque illam quae a principio generavit. Si igitur haec facultas est vis nutritiva, haec etiam est generatrix. Hunc sententiae ordinem male perturbant verba μείζων δὲ αὕτη ἐστίν. Nihil enim referebat hic commemorare facultatem alteram superare alteram magnitudine, ubi dicendum erat utramque non differre genere sed eandem esse. Videamus autem verba ipsa. Quaenam earum facultatum, num nutritiva an generatrix superior esse dicitur? αὕτη non referri potest nisi ad ἡ ποιοῦσα δύναμις. Sed haec est nihil nisi „agens facultas"; sicut, inquit, materia in nutritione atque in generatione est eadem, sic agens facultas in utraque operatione est eadem. Cur autem, quaeso, nutritiva facultas μείζων εἶναι dicatur? Habet sane, quomodo id explicet Jo. Philoponus: δῆλον ὅτι καὶ ἡ ποιοῦσα δύναμις τὸ αὐτὸ τῷ ἐξ ἀρχῆς, πλὴν ὅτι ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀσθενεστέρα ἦν, ὕστερον δὲ μείζων τουτέστι ἰσχυροτέρα· εἰπὼν δὲ ὅτι ἡ δύναμις, ἡ ὕστερον ἡμῖν ἐνοῦσα παρ' ὅλον τὸν τῆς ζωῆς χρόνον ἡ αὐτή ἐστι τῇ ἐξ ἀρχῆς, μόνον τούτῳ διαφέρουσα τῷ ἰσχυροτέρῳ, καὶ ἀσθενεστέρῳ, σαφηνίζων τίς ἐστι αὕτη ἡ δύναμις, ἐπήγαγε, εἰ οὖν αὐτή ἐστιν ἡ θρεπτικὴ

ψυχὴ, αὕτη ἔστι καὶ ἡ γεννῶσα, τουτέστι ἐπειδὴ ἡ ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν ἐνοῦσα ἡ θρεπτική ἐστιν αὕτη ἐστὶ καὶ ἡ ὕστερον ἐνοῦσα, ὑφ' ἧς οὐ μόνον τρεφόμεθα ἀλλὰ καὶ γεννῶμεν, καὶ τοῦτ' ἔστι ἡ ἑκάστου φύσις· ἡ γὰρ ἑκάστου κυρίως φύσις ἐστὶ, καὶ φαίνεται, ἐν τῷ γεννᾶν, οἷον αὐτὸ· αἴσθησις δὲ καὶ λόγος, διὰ τὸ εὖ σύνεισι τοῖς ἐν οἷς εἰσί. Quae si cui satisfaciant non obstem: mihi non satisfaciunt. Quare olim iam in Phytol. Arist. Fragm. p. 52 corrigere conatus ταὐτὸ τῷ ἐξ ἀρχῆς γεννῶντί ἐστιν scribendum esse censui, nunc potius τ. τ. ἐ. ἀ. γεννήσαντί ἐστιν· scripserim.

741 A. l. 32. γένος δ. P dat γένος ζώων δ', quod recipiendum est. Sed de altero augmento quod idem codex mox praebet τοῦτο ἄνευ ὀχείας ζῷον (vulgo τοῦτο ζῷον) haereo adhuc, utrum suscipiam an repudiem.

741 B. l. 15. γίγνεται. P dat συνίσταται quod praeferendum. Idem paullo mox lin. 20 γενόμενον, quod pro vulgata γινόμενον scribendum est.

742 A. l. 1. φανερὸν γάρ. Recipiendum est, quod P praebet φανερὸν δέ.

742 A. l. 22. δύο δὲ διαφορὰς ἔχει καὶ τὸ οὗ ἕνεκα. Sic Bekk. cum codd. YZ. — — καὶ τὸ τούτου ἕνεκα PS Ald. Bas. Cam. Philop. cont. Gaza „quin et quod eius causa duplicem recipit differentiam.“ Philop. comm. λέγει οὖν ἠπατῆσθαι αὐτοὺς διὰ τὸ διττὸν καὶ ὁμώνυμον εἶναι τὸ τούτου ἕνεκα. Quam scripturam restituit quoque Didot. Atque sic scribendum esse quae mox sequuntur τριῶν δ' ὄντων, ἑνὸς μὲν τοῦ τέλους, ὃ λέγομεν εἶναι οὗ ἕνεκα, δευτέρου δὲ τῶν ἕνεκα τούτου κ. τ. λ. clare demonstrant.

742 A. l. 29. δευτέρου δὲ τῶν τούτου ἕνεκα. Bekk. cum cod. Z. δύο δὲ τῶν τούτου ἕνεκα PSY Didot. δύο τε τῶν τούτου ἕνεκα Ald. δευτέρου δὲ τοῦ ἕνεκα Bas. δευτέρου δὲ τοῦ τούτου ἕνεκα Cam. Philop. comm. δευτέρου δὲ τούτου ἕνεκα Philop. cont. Non tam mira quam magna varietas. Etenim scriptura Basileensis ducta est e versione Gazae „secundum quod eius caussa scilicet principium generans“; eaque correcta in Camotiana. Speciem veri habet δύο δὲ post praegressa verba ἑνὸς μέν. Testes scripturae auctoritate fere pares sunt. Sed quum scriptura δευτέρου, quae mihi propter τρίτου necessaria esse videtur, etiam firma sit a codice bono, cui Philoponi et Gazae auctoritas accedit, atque Aldinae lectio δύο τε eam vocem commonstret, mihi scriptura a Bekkero expressa omnino retinenda esse videtur.

743 A. l. 21. οὐθ' ὅπῃ ἔτυχεν ἀλλὰ τὸ πεφυκὸς καὶ ᾗ πέφυκε. Multo accuratius et plenius scriptum est in P οὔθ' ὅπου ἔτυχεν οὔθ' ὁπότε ἔτυχεν ἀλλὰ τὸ πεφυκὸς καὶ ου πέφυκε, quae suscepit Didot.

744 A. l. 23. πάντων μέν. Addit P τῶν ἐχόντων, quae verba recipienda sunt.

744 B. l. 1. διαχωρίζεσθαι. Addendum est τε cum PS.

745 A. l. 4. διὰ τοῦτο. P dat καὶ διὰ τοῦτο, quem sequimur.

745 B. l. 33. κοτυληδόνας. Accedit optimum supplementum e codice P πρὸς ἃ ὁ ὀμφαλὸς συνάπτει καὶ προσπέφυκεν· ἀποτέτανται γὰρ αἱ φλέβες αἱ διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ ἔνθεν καὶ ἔνθεν καὶ σχίζονται πάντῃ κατὰ τὴν ὑστέραν· ᾗ δὲ περαίνουσι ταύτῃ γίνονται αἱ κοτυλήδονες, susceptum a Didot. Respondet versio Gazae „quae acetabula appellantur, in quae umbilicus devenit atque adhaeret. Tenduntur enim venae umbilicares undique laterum fissaeque sparguntur usque quaque per uterum et qua desinunt haec illa acetabula existunt.“ Philop. in comm. haec praeterit.

746 A. l. 33. *γίνεται δὲ καὶ ἐπί.* Particula *καὶ* haud apta; omittenda est cum cod. P.

748 B. l. 28. *εἰς τὴν αὔξησιν.* Plenius P *εἰς τὴν τοῦ σώματος αὔξησιν,* quod recipiendum; Gaza quoque „in corporis incrementum“ habet.

Atque hic harum qualiumcunque animadversionum ad libros Aristotelis de generatione finem faciamus; caetera, quae ad eos aut a vitiis maculisque expurgandos aut explicandos a nobis afferri possint, serius, si Deus optimus maximus faveat, proponemus.

Data hac occasione atque simul plagulae complendae caussa quaestionem quandam, ad eundem Aristotelem pertinentem, nuper resuscitatam paucis attingam. Libros enim duos de plantis, qui inter Aristotelis opera primo in editione Basileensi anni 1539 impressi prodierunt et postea sub eius nomine propagati sunt, ut spurios libro singulari notavit J. C. Scaliger, eamque damnationem argumentis doctissimis subtilissimisque comprobavit. Ernesto Meyer, Professori botanices in Universitate Regiomontana, quem nuper defunctum lugemus, viro et botanicae scientiae peritissimo et in omni literarum genere versatissimo, contigit ut istorum librorum, qui nunc in editionibus Aristotelis habentur, fortunam historiamque declararet et auctorem contextus graeci, primum in Syrorum dein in Arabum tum in latinam denique iterum in graecam linguam conversi, investigaret Nicolaum Damascenum. Aristotelem autem ipsum de plantis conscripsisse libellos aut scribere saltem voluisse, tum inde colligi potest quod ut omnem philosophiae materiem libris scriptis amplecti voluisse videtur et de plantarum natura — id quod libri superstites satis superque demonstrant — quaestiones subtilissimas instituit, tum ipsius verba in libris de natura animalium scriptis testantur, quibus saepe lectores libros de theoria plantarum comparare iubentur: imo uno loco libros istos ut iam scriptos nominat — De generat. anim. 731 A. l. 29 *ἀλλὰ περὶ μὲν φυτῶν ἐν ἑτέροις ἐπέσκεπται* —. Quos quum temporum iniuria amissos esse querebamur, damnum reparare et alii sunt conati et nuper ipse studui locis illis, quibus theoria plantarum Aristotelica e libris adhuc reliquis illustrari posset, collectis efficere ne iactura nimis graviter esset ferenda. At nuper prodiit novus huius rei arbiter, cuius sententia paene fecit ut operae istius nos poeniteret. Jessen, botanices in Academia Eldenensi Docens, vir et scientiae naturalis et antiquitatis bene peritus, nobisque amicus, libros ab Aristotele de plantis scriptos minime periisse sed tantum non integros extare atque falso auctoris nomine ferri contendit: libros enim qui de historia plantarum octo, de caussis plantarum sex sub Theophrasti nomine circumferuntur, non a Theophrasto sed ab ipso Aristotele esse scriptos.*) Ac primum quidem, ubi hanc opinionem cognovimus, mirabamur non tam nostri iudicii imbecillitatem, quam tum omnis antiquitatis tum doctissimorum virorum nostri temporis, inter quos J. G. Schneiderum honoris caussa nomino, et in Aristotelis libris et in Theophrasti phytologico opere versatissimorum; mirati, inquam, sumus, quod isti omnes ne levissimam quidem hac de re moverunt suspicionem, quod nemo in libris quatuordecim de plantis Theophrasti stilum Aristotelis adeo singularem, quem nescio an quis vel versatissimus imitando assequi possit, agnoverit aut vestigia quaedam deprehenderit. Cupidissimi igitur quum essemus argumenta, quibus Jessen sententiam suam comprobaret, cognoscere, de spe concepta fore ut novas et antea minus cognitas res caussasque acciperemus, disputatione eius perlecta deiectos nos esse fatendum est. Quae quidem hoc loco examinare non tam longum es

*) Rheinisches Museum 14, 1. p. 88—101.

quam alienum esse videtur: breviter dicam, ea non tam gravia visa esse, ut testimonia plurima et certissima ex ipsa antiquitate oriunda eis convellantur. Enimvero unam rem, quae omnium est gravissima, quae prima quaeri et diiudicari debebat, priusquam ad alia posset argumenta accedi, stili genus et rationem, Jessen fere silentio praeterivit, huius rei, ut ait, arbitrio philologis relicto. Atque id quidem recte dixit: at meminisse debebat hac quaestione nondum soluta omnino de auctore librorum istorum iudicium ferri non posse, cautiusque retineri quod non possit demonstrari. Nam si e stilo possit evinci libros Theophrasto adscriptos non posse ab Aristotele scriptos esse vanam esse opinionem istam patebit. Mihi vero periodorum structuram, commatum articulos, enuntiatorum modum, omnemque grammaticam orationis conformationem, quemque nos colorem vocare consuevimus, deinde rerum ordinem, nominum rationem, denique vocabulorum usum consideranti libri Theophrastei ab Aristotelis ingenio stiloque tantopere differre videntur, ut mihi quidem, si illi *ἀνώνυμοι* ad nos pervenissent, eos ab Aristotele profectos esse ne conjici quidem posse videatur. Donec autem hac de re quid statuendum sit accuratius proponam, comparare iusserim quae J. G. Schneider in volumine quinto editionis suae Theophrasti de discrimine quod inter Theophrasti et Aristotelis libros physiologicos intercedat § 5, p. 244 sq. subtiliter disputavit. Quod ibi dicit „Qui (Aristoteles) si diligentius et solutius caussas rerum in tradenda animalium historia et doctrina investigasse videtur, ea fuit ingenii profundioris felicitas“ verissimum est. Nec minus vere Accorambonus (Append. annot. ad histor. p. 711) „At si extarent libri de plantis Aristotelis, qui temporum iniuria perierunt, forsan alium ordinem aliamque methodum inveniremus ab hac multum diversam.“ Denique methodum eam, qua Theophrastus in historia plantarum usus est, prorsus diversam esse ab ea, quam Aristoteles in historia animalium secutus est, cognosces e libro J. B. Meyeri „Aristoteles Thierkunde. Berlin 1855“, quo Aristotelis rationem et consilium luculenter exposita habemus.
